Inscriptionem praesentem ex his Actis Castren. Peremyslien. ad Acta Terrae Peremysliensis quando cum voluerit transferendi et transportandi. Cuius transportatae tenor sequitur ... transportentur per ... mediante

Bogusz Ponętowskim Cedit.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus 41) Capitanealibus Premysliensibus Generosus Johannes Bogusz de Zembrze sanus mente et corpore existens, a terris, districtibus, iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens, Quo autem Castrensi Capitaneali Premysliensi iurisdictioni se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus quantum ad infrascripta recognoscenda spectat et pertinet totaliter et plenarie subijciens et incorporans publice libere ac per expressum recognovit. Quia ipse infrascriptis Literis consensus per Sacram Regiam Maiestatem tam sibi Recognoscenti quam et infrascriptis Cessionarijs ad infrascripta gratiose concessis, de omni et integro iure suo videlicet ad villam Drozdowice alias ... nuncupatam in Terra et districtu praesenti Premysliensi consistente, specialiter vero et praecipue de summa originali septingentarum sexaginta marcarum in ipsis bonis vigore privilegiorum sibi Recognoscenti servienti, cum omni iure, dominio et proprietate, omnibusque et singulis Privilegij eiusdem conditionibus, punctis, clausulis, articulis, ligamentisque et nexibus universis, summisque ac bonorum praefatorum utilitatibus, fruct-

fructibus, proventibus, redditibus attinentijsque et pertinentijs generaliter universis, nihil sibi successoribus aut alijs cuipiam in praemissis reservando et excipiens, verum prout eadem bona se in suis metis et limitibus extendunt, ac prout ea vigore originalis privilegij summaque in ijs inscripta se Regentem concernebant et ipsa tenebat, habebat et possidebat ac ei serviebant. Iam ex nunc in personas Generosorum Andreae Ponętowski Succamerarij Terrae Lanciciensis et Annae de Buzenin coniugum legitimorum cessit et condescendit prout praesentibus cedit et condescendit omneque et integrum ius suum praemissorum omnium in ipsos Ponętowskie coniuges totaliter et plenarie transfudit et incorporavit praesentibusque transfundit et incorporat. Intromissionemque realem cum actuali et pacifica possessione in hoc idem ius cessum, summam et bona praedicta praesentibusque condescensa per Ministerialem quemcunque et Nobiles quosvis acceptandam eisdem Cessionarijs dat ex nunc et admittit, per ipsos Cessionarios suos hoc idem ius cessum, summam et bona modo praemisso sibi condescensa tenenda, habenda, possidenda illisque pacifice et quiete utifruendi vigore iuris originalis atque Privilegij desuper competentis ea omnia fusius in se complectentis et praesenti Inscriptioni transfusoris et condescensoris. Adsecuravit idem Regens Generosus Johannes Bogusz de Zembrze se suosque successores in et super bonis suis ge-

neraliter omnibus ac summis pecuniarijs quibusvis fa-
bitis et habendis inscribit et obligat praesentibus suprano-
minatis Generosis Andreae Ponetowski Succamerario Terrae
Zakroczimensis et Annae de Buzenin coniugibus legitimis atque i-
psorum posteris Inscriptionem praesentem ex Actis Castren-
sibus ad Acta Terrestria Praemysliensia ante decursum unius
anni transferre et transportare idque sub vadio septemdecim
millium florenorum polonicalium per se Recognoscentem ac suos posteros
eisdem Ponetowskim coniugibus ac successoribus illorum ob non
transportationem Inscriptionis praesentis pro tempore et lo-
co supra expressis ad solvendum succumbendo. Ut si id prae-
fatis Cessionarijs suis visum fuerit, Dat et concedit praenomi-
natus Recognoscens Generosus Johannes Boguss de Zemblis pro
se ac suis successoribus eisdem eorundem Generosorum Po-
netowskich coniugum aut posterorum illorum Mandatario
plenariam facultatem et omnimodam potestatem Inscriptio-
nem praesentem ex Actis Castrensibus authenticè depromptam ad Acta
Terrestria Praemysliensia, pro obtinendo perpetuitatis robore,
quandocunque voluerint transferendi et transportandi; cui
transportationi modo ut praemissum est futurae idem Recog-
noscens suique successores in nullo contradicent aut eam ullatenus
praepedient impedientve sub eodem vadio septemdecem mil-
lium florenorum polonicalium per se Recognoscentem suosque successores ipsis Pone-
towskim coniugibus ac illorum posteris in casu contradi-
ctionis transportationisque praedictae aut eiusdem praepeditionis

tot

toties quoties opus fuerit ad solvendum irremissibiliter
succumbendo. Pro quibus quidem vadio vel vadijs modo ut
praemissum est succubitis ac re aliqua principali non com-
pleta comprehendisque praemissis citatus existens memoratus
Recognoscens Generosus Johannes Bogusz de Zemblijs aut eius suc-
cessores ad instantiam recensitorum Generosorum Andreae
Ponetowski et Annae de Buzenin coniugum aut posterorum
eorundem extunc recedendo ut supra a foro et iurisdictione sua
quavis propria et competenti, se vero cum successoribus bonisque suis gene-
ralibus praesentis Castrensis Capitanealis Praemysliensis iurisdictioni quoad respon-
dendum et pro suprascriptis satisfaciendum totaliter et plena-
rie incorporando, in primo citationis termino tanquam perem-
ptorio stare, parere, videre pro vadio seu vadijs suprascriptis
ac alijs quibusvis satisfacere debebit et tenebitur seque ac su-
os successores obligat, Eundem terminum primum per-
emptorium et alios omnes consequenter eiusdem causae,
minus semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori
minorennitate successorum, legationibus intra vel extra
Regnum, servitio militari, ad munimenta ad evictio-
nem vel alijs quibusvis legalibus impedimentis et dil-
lationibus non differendo, ad quietationem ultra proximos
terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motivos
appellationes et earum prosequutiones faciendo, ac praemissa
omnia poenis simplicibus vel triplicatis, exceptionibus suspen-
sionibus, fatalijs iuris, praescriptione terrestri, bello conven-
tioneque vel alijs quibusvis legibus iuris remedijs atque de-

fensi seu exceptionibus ab humano ingenio excogitari
possibilibus non subterfugiendo. Hac sua praesenti Inscriptione
ad Acta magnifica Officii ibidem in instanti coram eodem officio personaliter
comparens Generosa Catharina de Goraj suprascripti Generosi Joannis
Bogusz consors legitima sana mente et corpore existens, modo a foro
et iurisdictione quavis procedendi competenti, iure aut Castrensi [illegible]
[illegible] iurisdictioni se cum successoribus bonisque suis [illegible] incorporando
una cum eiusdem mariti sui assistentia et ad infrascripta consensu
[illegible] se nihil iuris et dominii ad eadem bona Drozdowce
habere, nec sibi ad ea penitus aut [illegible] unquam competere
quinimo ab omni iure suo in quantum sibi ad eadem bona potissimum
vero ad summam suprascriptam in ipsis bonis existentem ac mariti sui et [illegible]
gore advitalitatis contractu habeat cedendo salva advitalitatis
quo ad restantia bona sibi integre reservando. [illegible] praesenti mediante

Kusnierzowa klesce vendit.

Comparens personaliter coram officio praesenti Honesta Pasia olim
Honesti Martini Kusnierz in suburbio Premysliensi dicto
Pzaruc residentis filia, nunc vero Honesti Pasia progenita
Honesti [illegible] Joannis Zenadzky consors legitima sana mente
et corpore existens a iure [illegible] omnibus [illegible]
suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti
[illegible] Castrensi [illegible] ad iurisdictionem quo ad infrascripta spectat
praeterea [illegible] et bonis suis [illegible] omnibus totaliter et
plenarie incorporando et subiciendo palam [illegible]
bere recognovit. Omnia ipsa bona sua omnia iuribus
suis et honesta Martinus [illegible] sua germana subiecta
[illegible] domum cum horto inter Teterluszo [illegible] una et [illegible]
[illegible] altera partibus in suburbio Premysliensi dicto Pzaruc
sitam cum omni [illegible] iure dominio et proprietate om:

nibusque

nibusque et singulis bonorum [illegible] utilitatibus pertinentiis
redditibus attinentiis et pertinentiis quibus universis nihil penitus
ex [illegible] et suis [illegible] excludendo seu excipiendo ve:
rum prout [illegible] sibi serviebant ac eo concernebant
et prout eandem ipsa recognoscens tenuit habuit et possidebat
Item [illegible] et de facto Honesto Stecho Klesha [illegible]
et ipsius posteris pro summa [illegible] florenorum polonicorum vendit
inscribit et resignat. Prout [illegible] inscripsit vendidit et
resignavit perpetuo. [illegible] recognoscens Honesta
Pasia eidem Honesto Stecho Klesha dat et admittit realem
[illegible] et actualem [illegible] possessionem cum [illegible] in
eisdem bonis praedictis vendendis [illegible]
per ipsum Honestum Stecho Klesha et eius posteros bona
eadem praedicta vendita tenendi habendi possidendi illisque
quiete et pacifice utifruendi ac [illegible] suos pro libitu
beneplacitoque convertendi [illegible] praedicta venditionis vigore de:
bebit et tenebitur eadem recognoscens Honesta Pasia prout [illegible]
[illegible] [illegible] super bonis suis omnibus et singulis [illegible]
habitis et habendis inscribit et obligat praedictis eundem Honestum
Stecho et eius posteros in eisdem bonis venditis et concernentibus
ab omnibus impedimentis et oneribus quibusvis [illegible]
[illegible] [illegible] defendere eximere et intercedere [illegible]
[illegible] et indemnes reddere bonaque [illegible] et libera [illegible]
per [illegible] [illegible] coram officio praesenti admissam in
eisdem bonis non denegare [illegible] liberare et admittere de:
[illegible] et admissam nullo modo [illegible] quem per [illegible]
quasvis submissas et subordinatas personas [illegible]
[illegible] eundem Stecho et eius posteros in eisdem bonis [illegible]
[illegible] quem [illegible] minime parte [illegible]
[illegible] [illegible] florenorum polonicorum ob [illegible] completionem [illegible]
omnium et singulorum [illegible] [illegible]
Praeterea memorata recognoscens Honesta Pasia [illegible]
[illegible] et super bonis suis omnibus et singulis [illegible]
habitis et habendis inscribit et obligat eidem Honesto Stecho